Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·ysaias·

uenite ascendant super terram cethym re
uelatum est eis. Tacete qui habita
tis insulam negotiatores sydonis.
Transeantes mare repleuerunt
te maguis multis. Semen nili mes
sis fluminis fruges eius. et erat
negotiatio gentium. Erubesce sydon.
ait mare fortitudo maris dicens.
Non parturiui et non peperi. et non
enutriui iuuenes. et ad incrementum
non peduxi uirgines. Cum audi
tum fuerit in egypto dolebunt. cum
audierint de tyro. Transite mare.
ululate qui habitatis insulam.
Numquid non hec ira est a gladio
tua a diebus pristinis in antiquitate
sua. Ducent eam pedes eius longe.
ad peregrinandum. Quis cogitauit
hoc super tyrum quondam coronatam.
Cuius negotiatores principes. mer
catores eius nobiles terre. Dominus
exercituum cogitauit hoc. ut detraheret
superbiam omnis gloriae. et ad igno
miniam deducere inclitos
terre. Transi terram tuam qui fluunt
filia maris. non est cingulum ultra
tibi. Manum suam extendit su
per mare. conturbauit regna. Do
minus mandauit aduersum cha
naan. et deleat fortes eius. et dixit.
Non adicies ultra ut gleris. ca
lumpnia suscitatus. ego filia sy
donis. Incertum surgens transire
ta. ibi quoque non erit requies.
Ecce terra chaldeorum talis. populus non
fuit. Assur fundauit eam. in cap
tiuitatem traduxerunt robustos eius.
suffodiunt domos eius. posuerunt
eam in ruinam. Ululate naues ma
ris. quia depraedata est fortitudo
uestra. Et erit in die illa. obliuio
eris o tyre. lxx. annis secundum dies
regni unius. Post. lxx. autem annos

erit tyro qui canticum meretrix.
cytharam circuit ciuitatem. me
retrix oblitione tradita. Bonum cane.
frequenta canticum. ut memoria tui
fiat. Et erit post. lxx. annos. visita
bit dominus tyrum. et reducet ea
ad mercedem suam. Et rursum for
nicabitur cum uniuersis regnis terre.
super faciem terre. et erit negotiatores
eius et mercedes eius sanctificate do
mino. Non condentur nec re
ponentur quia uestis eius erit
coram domino erit negotiatio eius.
ut manducent in satietatem. et
uestiantur usque ad uetustatem.

Ecce dominus Cap. xxiiii.
dissipabit terram. et mu
dabit eam. et affliget fa
ciem eius. et disperdet habitatores eius.
Et erit sicut populus sic sacerdos. et sic
seruus sic dominus eius. et sicut ancil
la sic domina eius. sicut emens. sic
ille qui uendit. sicut fenerans.
sic is qui mutuum accipit. sicut
qui repetit sic qui debet. Dissipa
tione dissipabitur terra. et direptione
diripietur. Dominus enim locutus
est uerbum hoc. luxit et defluxit terra.
et infirmata est. Defluxit orbis.
et infirmata est altitudo populi terre.
et terra inquinata est ab habitatoribus
suis. quia transgressi sunt leges.
mutauerunt uias. dissipauerunt fedus
sempiternum. Propter hoc maledic
tio deuorabit terram. et peccabunt habitatores
eius. Idcoque insanient cultores eius.
et relinquentur homines pauci. hux
ta numerum. et infirmata est uitis.
et ingemuerunt omnes qui letan
tur corde. Cessauit gaudium
tympanorum. quiescunt sonitus le
tantium. cessauit dulcedo cytharae.
cum cantico. Non bibet uinum